





6.

1797, 2 13

PROGRAMMA

QVO

CHR. NIC. SCHLICHTKRVLL

I. V. D. PROF. REG. ORD. REGII CONSIST. ASSESSOR VICAR. ET
FACULT. IVRID. PRO - DECANVS

AD

PRAENOBILISSIMI ET DOCTISSIMI
DOMINI CANDIDATI

IOACH. CHRISTOPHORI
BRESLACHS

WISMARIENSIS

DISPVATIONEM INAVGVRALEM

DE

PRAEDIIS TERTIALIBVS

PRO SVMMIS IN IVRE HONORIBVS
RITE CAPESSENDIS

D. XIV. OCT. MDCCLXXVII. IN AVDTORIO MAJ.
BVBLICE DEFENDENDAM

OMNES ET SINGVLOS STVDIORVM FAVTORES,
HOSPITES ET CIVES ACADEMICOS
DECENTER INVITAT

SIMVLQVE

DE OBLIGATIONE TERTIALISTARVM
SOLVENDI, QVAE CONTRAXERVNT
DEBITA

DISSERT.

GRYPHISWALDIAE

LITTERIS A. F. ROESE, REG. ACAD. TYPOGR.



P. 900.



PROGRAMMA

CHR. MIC. SCHLICHTKREYLL

PHYSICUS ORD. PUBL. CONSULT. ACADEMICUS VICECHANCELLER

PHYSICUS ORD. PUBL. CONSULT. ACADEMICUS VICECHANCELLER

PHYSICUS ORD. PUBL. CONSULT. ACADEMICUS VICECHANCELLER

PHYSICUS ORD. PUBL. CONSULT. ACADEMICUS VICECHANCELLER

IOACH. CHRISTOPHOR

BRESLAENSIS

PHYSICUS ORD. PUBL. CONSULT. ACADEMICUS VICECHANCELLER

PHYSICUS ORD. PUBL. CONSULT. ACADEMICUS VICECHANCELLER

PHYSICUS ORD. PUBL. CONSULT. ACADEMICUS VICECHANCELLER

PHYSICUS ORD. PUBL. CONSULT. ACADEMICUS VICECHANCELLER

PHYSICUS ORD. PUBL. CONSULT. ACADEMICUS VICECHANCELLER

PHYSICUS ORD. PUBL. CONSULT. ACADEMICUS VICECHANCELLER

PHYSICUS ORD. PUBL. CONSULT. ACADEMICUS VICECHANCELLER

PHYSICUS ORD. PUBL. CONSULT. ACADEMICUS VICECHANCELLER

PHYSICUS ORD. PUBL. CONSULT. ACADEMICUS VICECHANCELLER

PHYSICUS ORD. PUBL. CONSULT. ACADEMICUS VICECHANCELLER

PHYSICUS ORD. PUBL. CONSULT. ACADEMICUS VICECHANCELLER

PHYSICUS ORD. PUBL. CONSULT. ACADEMICUS VICECHANCELLER

PHYSICUS ORD. PUBL. CONSULT. ACADEMICUS VICECHANCELLER



§. I.

Mhi, de obligatione Tertialistarum soluendi, quae contraxerunt debita, presse tamen acturo, commentatio a quaestione, quasi praeiudiciali; vtrum iis liceat debitis onerare Tertiale: ordianda videtur.

Priusquam hanc quaestionem enodandam aggredior, in limine huius commentationis praemonendum arbitror: Tertialistam, ob dominii, vel alius iuris in re defectum, ipsam praediorum tertialium substantiam debitis et hypothecis nequaquam onerare posse, tali videlicet modo, vt creditor pro consequenda solutione, executionem in re ipsa, ad effectum distrahendi bona tertialia, petere et assequi possit. Quinimo: ne ius quidem tertiale, quod morte Tertialistae expirat, nec hereditario iure, sed vnice ex liberali et gratiosa Principis concessione, primo acquirenti

facta, ad successores transit, in maiorem creditoris securitatem constitui potest in pignus, vel hypothecam; ita scilicet, ut huic permiffum esset, ius tertiale hypothecatum, pro obtinenda ex eo debiti solutione, in plus licitantem transferre. Valet, ni fallor, hac in re argumentum ab usufructuario, qualis certa ratione est Tertialista. Illi cessionem et translationem iuris utendi fruendique denegant leges §. 3. *Inst. de Vsufr.* Id tamen ipsi concedunt, se fructus, quos pleno domini percipit iure simulque cum facultate de iis libere disponendi, debitis quibusvis onerare posse; ideoque creditori datum est ius, pro consequenda satisfactione hos petendi fructus eosque sibi habendi. Imo notum, quinimo notissimum est, debita, a Vassallo contracta, quamvis nec primario, nec secundario feudi afficiant substantiam, nec consensuata sint, quaeque mere allodialia appellari solent, ex fructibus feudi, iure feudali communi ita disponente, esse soluenda, ita nimirum, ut creditor ad effectum consequendi ex fructibus feudi solutionem, missionem in feudum impetrare queat. Hoc si consideramus, fatendum censeo: pro debitis Tertialistarum fructus, quos pleno domini, vel allodii iure percipiunt, in creditoris cedere securitatem, quam ob rem creditores Tertialistarum ex fructibus praedii tertialis, missione obtenta, solutionem quaerere, vel ut ipsis a iudice fiat assignatio et adjudicatio tertiae partis pensionis eiusque fruitionis quousque Tertialista debitor vivat, curare queunt. Et quamvis *Resolutio Regia de dato Holmiae die 7. Martii 1683.* in leuamen et solatium depauperatorum donatariorum

riorum, quibus possessio et fructio praediorum domanialium reuocatorum ad dies vitae relicta erat, fructus inter eos et creditores immisos pro parte dimidia diuidendos esse, statuit *), illam tamen ob diuersam donatariorum et tertialistarum qualitatem et iura, ad hos eo minus applicandam esse, persuasus sum, quo magis haecce Resolutio Regia, de qua dubius haereo, an ad nostram directa delataque sit prouinciam, a iure communi recedit, secundum cuius praescripta, omnis bonorum substantia debitoris, nisi ipsi competat beneficium competentiae, in satisfactionem creditorum vertenda est.

*) Hanc, quam nullibi impressam inueni legique, hic inferere iuuat.

Wir Carl von Gottes Gnaden etc. Unsern Gruss. Demnach Wir vernehmen, daß diejenigen, welche von einem oder andern Besitzer der Donatgüter was zu fordern haben, in Ermangelung anderer Mittel die Immission darin suchen, dabey aber nicht bedenken, daß die Güter Uns und der Krone zugehörig sind, und aus bloßer Gnade denen Inhabern auf Lebtags Recht, oder auch auf andre Conditiones verlehnet und gelassen worden, und selbige also wegen der priuatorum Schulden nicht haften können; Damit Ihr nun deshalb mit einer Regel und Recht, wie Ihr Euch in solchen Fällen zu verhalten habt, versehen werden möget, ergehet hiemit Unser gnädiger Wille und Erklärung, daß weilen dergleichen Creditores gar keinen Fug haben zu begehren, daß die Güter, welche Uns und dem Publico zugehörig sind, mit anderer Leute Schuldforderung graviret werden, ungeachtet selbige denen Debitoren, als ein Beneficium

so lange zu genießen und zu gebrauchen, als es Uns gnädigst gefällt, vergönnet worden: dagegen aber denen Debitoren auch nicht frey stehen soll, sich ihrer Pflicht und Schuldigkeit ganz und gar zu entziehen, sondern sie sind gehalten möglichstermassen und nach ihrem äussersten Vermögen dahin zu trachten, die Schulden abzutragen und ihren Creditoren einige Vergnügung zu leisten; Und finden Wir zu dem Ende am dienlichsten zu seyn, zwischen den armen Lebstage Donatarien und denen Creditoren eine sothane Vertheilung zu machen, daß ihnen die Hälfte von denen Revenuen der Donationsgüter, diese aber die andre Hälfte davon genießen, und beyde sich solchergestalt daraus zu erfreuen haben sollen.

CAROLVS.

§. II.

Nihilo tamen minus, intuendo penitus varias resolutiones regias, iurium tertialium regundorum causa emissas, oriri possiet dubium: An Tertialistis liceat, praediorum tertialium debitis grauarere fructus. Ex iis et inprimis ex *Resolutione Regiae de dato Holmiae d. 5 Octob. 1689.* satis abunde constat: Regem ex plenitudine gratiae Tertialistis in conseruationem familiarum concessisse ius tertiae, et quo certius hiecc obtineatur finis, Principem ius primogeniturae et successione linealem inter primi acquirentis descendentes prudenter introduxisse. Ex eadem ratione et ne Tertialista debitis obruatur, quae ei impedimento sunt, quo minus praedium tertiale saluum tectumque, sibi autem eius conductionem seruet perennem, ab obligatione dotan-



dotandi forores et satisfaciendi fratribus postgenitis, a perceptione tertialis plane exclusis, immunis iudicatur frater natu maior, ad quem venit solitaria in ius tertiale successio. Verum enim vero, gratiosa Principis concessio nil insuper efficere valet, quam ut Tertialista antecessor debita contrahere nequeat, quae agnoscere et extinguere oportet successorem. Sua autem propria quae contraxit debita suamque ea ex fructibus praediorum tertialium soluendi obligationem, nunquam diffiteri poterit, quamvis ipsi omnino ex Principis gratia, primo acquirenti facta, obuenerit ius tertiae. Quid inde? Sane nihil. Nonne debitor rem ipsam, ipsi a Principe donatam, creditoribus suis in horum satisfactionem cedere debet? Nonne Vassallus possessor feudi, ex mera Principis gratia primo acquirenti dati, suis creditoribus ex fructibus huius Feudi solutionem praestare obstrictus est? Nonne legitima, quae certis personis vnice ex beneficio legis obuenerit, a creditoribus harum personarum occupari et in eorum satisfactionem verti potest? Et quis est, qui ignorat, ius datum esse creditoribus, sibi ob debita, quae vidua, vel liberi demortui pastoris contraxerunt, anni gratiae vindicandi fructus. Omnia haec comprobant, in gratiosa Principis concessione, primo iuris tertialis acquirenti facta, nil quidquam latere, ex quo Tertialistarum exemptio ab obligatione, ex fructibus praediorum tertialium soluendi propria, quae contraxerunt debita, concipi posset. Pariter concessio iuris tertialis in conseruationem Familiarum facta et ob hanc introductum ius primogeniturae, nobis sufficientem ne-
tiquam



tiquam praebet rationem, ex qua inferri posset, Tertialistam extra obligationem soluendi ex fructibus praedii tertialis sua propria debita, esse constitutum. Neminem fugit, et feuda, et fideicommissa familiae in familiarum conseruationem esse introducta. Nihilo tamen minus vasallo peraeque ac possessori bonorum, fideicommissio grauatorum, incumbit obligatio, ex fructibus horum praediorum sua propria extinguendi debita, quia, salua hac obligatione, ipsa praedia feudalia et bona fideicommissio onerata, conseruantur familiae. Quis itaque dubitabit, eandem Tertialistas premere obligationem, licet tertiale ius primo acquirenti in conseruationem suae familiae concessum sit. Nec denique concessa ab onere dotandi sorores et tertiale diuidendi cum fratribus postgenitis liberatio, inuoluit simul liberationem Tertialistae ab obligatione, sua propria ex fructibus praedii tertialis soluendi debita. Nam vasallus, secundum iuris feudalis communis praescripta, sororibus suis nullam ex feudo antiquo praestat dotem nec illae a fratre, fideicommissorum possessore, dotationem expectare possunt; nihilominus fructus horum praediorum, vt iam antea dixi, ad extinguenda propria quae contraxerunt debita impenduntur. Id tamen per se patet, quod per fructuum perceptionem, quam pro consequenda satisfactione, creditores Tertialistae sibi vindicant, nequaquam imminuenda sint summi Principis iura, quippe qui tantum Tertialistis, ceteroquin saluo per omnia iure suo, clementer concessit ius tertiae. Creditoribus igitur Tertialistarum, plus iuris tribuendum non est, quam debitori in cuius tantum

tum succedunt iura, competit. Iura summi principis potiora censenda sunt, quam creditorum, ideoque ab iis, immiffione vel adiudicatione fructuum obtenta, idem praestandum erit, ad quod Tertialista debitor obligatus est, nec prius sibi habere queunt fructus, quam eos ab obligationibus, iis quasi inhaerentibus, exonerarunt: Id quod etiam in idea fructuum latet, quippe qui non intelliguntur, nisi deductis impensis et reliquis oneribus, ex fructibus praestandis. Sufficiant haec generatim dicta. Applicatio huius principii generalis ad casus speciales non est huius loci, nec vberiore eius explanationem arctiores, quibus circumscriptus sum, sinunt limites.

§. III.

Ex dictis iam satis superque elucet, quemuis Tertialistam ad soluenda ex fructibus praedii tertialis sua propria, quae contraxit debita, esse obstrictum deuinctumque. Inquirendum nunc erit in obligationem successoris, in se suscipiendi solutionem debitorum ab antecessore contractorum. Ad successionem in praedia tertialia filii demortui Tertialistae et agnati, qui sunt descendentes primi acquirentis et his plane deficientibus, vidua, eaque defuncta, vel ad secunda vota transiente, filiae harumque descendentes vocantur. Videamus igitur primo loco, quatenus filius successor ad expungenda patris debita obstrictus sit. Distinguendum opinor; vtrum filius factus sit heres patris, nec non. Si heres existit, causa extra omnem dubitationis aleam mihi posita apparet. Nam, tanquam heres et quatenus factus est heres, obligationes patris eiusque debita

in se suscepit eaque fecit sua, ideoque ad debita patris ex fructibus praediorum tertialium soluenda, condemnandus erit. Fac autem, vel patris hereditatem plane nullam existere, quod etiam contingit, concursu creditorum statim post mortem patris excitato formali, vel filium a paterna abstinuisset hereditate, et tunc suboritur quaestio: an in ius succedere queat tertiale et si ipsi non deneganda erit successio, vtrum ad debita patris ex fructibus praediorum tertialium soluenda compellendus sit. Constat quidem inter omnes, filium iuxta dispositionem iuris feudalis Longobardici, succedere non posse in feudum, nisi iure heredis, quam ob causam ipsi non licet, a paterna abstinere hereditate et in feudum succedere, sed potius vtramque hereditatem, vel adire, vel repudiare eum oportet, II. F. 45. Ast si consideramus, nec vllam regiam existare resolutionem, quae tam arctum inter hereditatem paternam et tertiale ius necit vinculum, vt filii non nisi heredes patris, in ius tertiae succedere queant: Porro, si perpendimus bene, Principem primo acquirenti ius tertiae ita concessisse, vt id, tanquam beneficium gratiosum ad suos transferat posteros: Et denique, quod Tertialista certo respectu parum distet ab usufructuario, cui in testamento, nullo iure cogente, ius vtendi fruendi relictum est ea lege, vt patre defuncto, usufructus ad filios transeat, quippe qui post patris obitum ad filios, non iure heredis, sed potius ex voluntate testatoris transit ita, vt usufructum legatum, repudiata licet hereditate paterna, suo habeant iure; si omne id, inquam, consideramus, concedendum

dum cenfeo, filio licere paternam repudiare hereditatem et nihilominus in tertiale succedere. Vi huius successioneis autem ad debita patris delenda, nequaquam erit compellendus. Hanc etenim successioneis non debet voluntati patris, sed vnice clementiae Principis, primo acquirenti largitae, per quem omne in Tertiale succedendi ius, venit ad posteros suos. Hinc filius Tertialista, a paterna abstinens hereditate, ad facta patris praestanda huiusque debita expungenda, nullo adigendus est modo. Ita Summum Regium Tribunal iudicauit nuperrime, quam Sententiam dictorum suffulciendorum causa conceptis verbis adlicere placet.

In Sachen des Lieutenants Carl Reinhold von Hackevitz zu Warsien, Querulanten und Appellanten, wieder die von Kietzloben zu Greifswald, Querulaten und Appellaten, in puncto Debiti, wird visis Actis, praeuia restitutione in integrum contra lapsum Fatalis, zu Recht befunden und erkannt:

Dass, da nach der besondern Natur der Tertialgüter, Querulant und Appellant zur Erfüllung der Cession seines Vaters nicht verpflichtet, selbige auch überdem aller rechtlichen Vermuthung nach für getilgt zu achten, Sententia a qua wiederum aufzuheben und Querulant und Appellant von der wieder ihm erhobenen Klage, immassen selbige angebracht, zu entbinden, die Kosten jedoch (mit Ausnahme der denen Querulaten und Appellaten in vorigen Instanzzen post Sententiam vom 8ten Septembr. 1773. verursachten, als welche von dem Gegentheile zu erstatten sind) zu compensiren. Von Rechts wegen.

Publicatum beym Königl. hohen Tribunal in Wismar d. 7. Jul. 1777.

Immiffiones igitur et adiuicationes a patris creditoribus con-
 fecutae, eo defuncto et filio iure suo in ius tertiae succedente,
 ftatim ceffant, nec concursus creditorum, a patre forfan ex-
 citatus, fructus, ex praedio tertiali percipiendos, fibi in po-
 fterum vindicare poteft, fed filio potius, a paterna hereditate
 abftinente, plenaria iuris tertiae relinquenda eft fruitio. Quo-
 modo autem fructus vltimi anni, nondum percepti, inter cre-
 ditores, vel fratres poftgenitos, vel forores, et filium primo-
 genitum Tertialiftam diuidendi funt, in Refolutionibus Regius
 nil fancitum decifumque inuenies. Interea quoad fructus ciui-
 les, quorum dies viuo Tertialifta antecessore nondum venerit,
 nulla dubitandi obftat ratio, quin pro rata temporis diuidan-
 tur, *arg. L. 7. ff. de foluto matrimo, et L. 26. D. de Vfr.* Quod
 autem ad fructus tam naturales, quam industriales et mixtos,
 nondum e vita decedente Tertialifta perceptos, refert, repu-
 tarem, eandem in fauorem creditorum, filiorum vltrogenito-
 rum, filiarumue, fuadende ida fuma aequitate, adhibendam
 fore diftinctionem, quam in feudalibus adhibere folemus. Ni-
 mirum, an Tertialifta intra Kalendas Septembris et Kalendas
 Martii, aut poft Kalendas Martii vita decefferit. Vltimo ex-
 ftente cafu, fructus vltimi anni, nondum percepti, me iudice,
 pertinent ad creditores, fratres poftgenitos et forores, falua
 tamen portione hereditaria de hifce fructibus, ad paternam
 hereditatem pertinentibus, fratri primogenito, qua coheredi,
 competente. Exiftente autem primo cafu, fructus nondum
 perceptos ad Tertialiftam pertinere cenfeo. Quod haftenus
 de

de obligatione filiorum, debita soluendi paterna propositum, valet etiam de filiabus, in subsidium ad successionem in ius tertiale vocatis, dum hae omne ius suum, peraeque vt filii, ex gratiosa et benefica Principis concessione, quae primo acquirenti contigit, deriuant; quam ob causam ad debita patris soluenda, repudiata scilicet hereditate paterna, compelli nequeunt.

§. IV.

De agnatis defuncti Tertialistae, qui sunt descendentes primi acquirentis, in ius tertiae succedentibus, vix opus est, vt verba faciamus. Horum intuitu in aprico est, eos non iure defuncti Tertialistae, sed iure primi acquirentis, a Principe huic clementer concessio, in ius succedere tertiale. Nam prout agnatus in feudum, ex pacto et prouidentia maiorum hereditarium succedens, ad facta defuncti praestanda nullatenus obligatur, ita et agnatus Tertialista ad debita defuncti antecessoris soluenda adstringi non potest. Fac autem, agnatum Tertialistam simul esse proximum consanguineum et heredem in allodio defuncti antecessoris, tunc quaeritur; annon hereditatem allodiam repudiare, et hac repudiatione non obstante, in ius tertiae succedere queat. Hanc quaestionem affirmandam esse, omni dubio vacat. Ius tertiae enim ad hereditatem defuncti neque pertinet, neque iure heredis ad agnatum venit. Argumentari licet a Vasallo agnato, in feudum ex pacto et prouidentia maiorum hereditarium succedente, ad agnatum Tertialistam. Ille iure suo occupat feudum, quamuis tanquam proximus defun-



cti confanguineus, eius allodiam repudiavit hereditatem, ergo Tertialista agnatus eodem utitur iure eademque libertate. Et denique si consideramus, quod filio defuncti Tertialistae, salvo iure succedendi in ius tertiae, competat ab hereditate paterna abstinendi facultas; Quis? eandem denegabit agnato. Is autem si factus est heres defuncti antecessoris, sine dubio obligatus erit, tanquam heres, defuncti praestare facta eiusque expungere debita. Ceterum, quae de fructuum diuisione in paragrapho proxime antecedenti dicta, locum inuenire credo eo etiam casu, quo agnatus, relictis a defuncto vel creditoribus, vel herede pactitio, aut scripto, vel filiabus, vel cognatis, vel agnatis forsan, a primo acquirente haud descendenti- bus, in ius tertiae succedit.

§. V.

Quod denique ad defuncti Tertialistae viduam adinet, huic ius succedendi in Tertiale, iure heredis obueneri non potest. Nam viduae, secundum placita iuris communis, quibus praedia dominica subsunt, ipso iure non sunt heredes mariti, duobus tamen exceptis casibus. Hanc igitur successi- onem in ius tertiae, gratiae et clementiae Principis vnice debent, ideoque ad debita mariti in se suscipienda, nulla compelli possunt ratione. Ab eorum potius solutione, eodem iure immunes sunt, ac Viduae Pastorum, quippe quae anno gratiae fruuntur, absque vlla obligatione mariti debita extingui. Posito autem casu, viduam existere heredem mariti v. g. ex pacto, vel testamento, ponenda etiam erit istius obli- gatio,

gatio, ex fructibus praedii tertialis soluendi debita, a marito contracta, relictaque.

§. VI.

Dantur tamen casus, qui a regula superstructa exceptiones suppeditant, in quibus non tantum filii filiaeue, sed agnati etiam ad antecessorum debita extinguenda compelluntur, quos ob angustos huius scripti limites, veluti per saturam tantum delibabimus.

Omniun personarum in praedia tertialia succedentium iura, a primo iuris tertialis veniunt acquirente, cui Princeps hocce ius, cum facultate ad suos id transferendi descendentes, concessit clementer. Nil itaque aequitati et analogiae iuris magis consentaneum est, quam vt omnes omnino descendentes ad facta primi acquirentis praestanda iudicemus obstrictos. Idem obtinet in feudis, ex pacto et prouidentia maiorum hereditariis. Nam agnatus defuncti, primi acquirentis descendens, ad successionem vocatus, obligationem, primi acquirentis debita, haud accedente Domini directi consensu contracta, ex feudi fructibus soluendi, recusare nequit. Eadem obligatio premit agnatum, in feudem, primo acquirenti a Domino directo, nullo interueniente pretio, vel alia causa onerosa datum, succedentem. His autem feudis datis ius tertiae eatenus proximum est, quatenus vtrumque ex mera concedentis gratia primo obuient acquirenti, et ex huius iure ad omnes suos transit descendentes.

§. VII.

§. VII.

Porro: Si ponamus casum, familiam primi acquirentis per iniuriam temporis, aut aliud fatum fatale possessionem praediorum tertialium et actualem iuris tertiae amississe fruitionem, quale infortunium contigit familiae Hakevitzianae, Tertialistam autem, ad quem nunc temporis commodum successione spectat, recuperasse possessionem amissam et fruitionem iuris tertiae toti restituisse familiae, non ambigendum cenfeo, quin tam eius descendentes, quam agnati ad solvenda debita, recuperandae possessionis causa forsitan contracta, compellendi sint. Summa enim aequitas, a iure civili agnita, postulat, ut id, quod in omnium utilitatem et commodum impensum, omnium contributione refarciatur. Quomodo autem in proposito casu contributio regenda definiendaque sit, anceps sane et peculiari disquisitione digna est quaestio, quam nequidem tangere, nedum explanare huius scripti fert ratio.

§. VIII.

Tandem impensas a Tertialista antecessore, non fructuum quaerendorum causa, quippe quae cum fructibus compensantur, sed ut ipsum praedium tertiale reddatur melius, erogatas, a quovis successore, sit vel filius, filiae, vel agnatus, refundendas et debita harum causa forsitan contracta, solvenda esse reputarem, eatenus tamen, quatenus hae meliorationes adhuc extant et ad successores transitoriae sunt, nec earum restitutio a Camera facta sit regia. Alias, si ab hac obligatione cum

eum eximere velles, successor in Tertiale cum damno defuncti
 antecessoris et huius heredum in allodio, fieret locupletior,
 quod tamen aequitati naturali et sanae rationi, pariter ac legi-
 bus civilibus foret inimicum. Quinimo Tertialista successor,
 melioris hac in re esse non potest conditionis agnato, in feu-
 dum, ex pacto et providentia maiorum hereditarium succe-
 dente, quippe qui ad meliorationes extantes refundendas, ob-
 strictus est.

§. IX.

Denique Tertialista successor, qui in debitum, ab ante-
 cessore contractum, consensit, ex hoc suo consensu ad sol-
 vendum obligatur, eodem modo, quo agnatum successorem
 extinguere decet debita, a vasallo antecessore, agnato con-
 sentiente, contracta; Hoc tamen interueniente discrimine;
 quod agnatorum filii, delata ad eos feudali successione, patris
 agnoscere consensum debeant, qui tamen non obligat filios, a
 patris hereditate abstinentes, ad soluendum ex fructibus praedi-
 dii tertialis antecessorum debita, in quae pater consensit.

Sufficiant haec. Properandum erit ad ipsum negotium,
 cuius causa omnia haec praefata sunt. Priusquam tamen ad id
 transeo, non possum non quin more inueterato curriculum
 vitae, a

PRAENOBILISSIMO ET DOCTISSIMO
 DOMINO CANDIDATO
 DOMINO IOACHIMO CHRISTOPHORO
 BRESLACH

Wismariensi

mibi oblatum, publice exhibeam.

C

Natus

Natus sum Vismariae, d. 21. Febr. anni 1756, patre Ioanne Petro Breslach, mercatore et ciuitatis patriae senatore, matre vero Anna Maria, Ioachimi Christiani Eschert, Camerae ciuicæ Secretarii, filia, tristi fato mihi iam nouem abhinc annis crepta, cuius tamen loco auus meus maternus, quæ Dei est gratia! adhuc superstes, tanto me dignatus est fauore, vt ipsi non possim non gratias agere et habere quam maximas. Quorum quidem venerandorum parentum pronida cura iam inde a tenerrima ætate optimos formandæ adolescentiæ magistros nactus, priuatis potissimum institutionibus *Schoenebeckii*, iam orphanorum præceptoris, vsus sum. Primis igitur scientiarum fundamentis, quibus tenera ætas impertiri solet, fideli huius opera iactis, Lyceum nostrum non sine omni adii præparatione, qua intellectus scientiarum initis dispositus ac ordinatus, altioribus sensim patescit. Per quinquennium itaque illud, quo præceptorum de Lyceo patrio optime meritum indefesso labore, cuius gratam recordationem nunquam non feruabo, eruditus sum, ex illis *Denso*, Rector et Professor, in Styli fermandi arte, et *Waltherus* tum Conrektor, iam pastor in pago Neuenkloster vocato, in philosphia egregii duces fuere. Quibus demum positis fundamentis anno 1773. in almam Georgiam Augustam, me contuli, et a Magnifico Püttero albo studiorum inscriptus, id summa cura egi, vt ex præstantissimorum, quibus hæc scientiarum officina abundat, doctorum institutione, quantum quidem in me est, fructus caperem quam vberrimos. Ex viris igitur perillustribus ac excellentissimis, quorum in me erudiendo industriam ac humanitatem, nunquam non gratus venerabor, fratrum *Becmannorum* in iure naturæ, historia iuris, institutionibus, digestis, ad processum, et ad libros, quos vocant, terribiles, *Böhmerti* in Digestis, inreque feudali et canonico, *Pütteri* in historia S. R. I., iure publico, iure priuato principum, et præxi iuridicæ, strenua opera ac institutione vsus sum. Præterea, vti Excellent. *Misserum* Institutiones, et ius criminale, atque generos. de *Selchow* historiam iuris et ius germanicum, ita Clariss. *Gattererum* historiam vniuersalem et artem diplomaticam, nec non *Schlozerum* statuum notitiam explicantem, summa cum voluptate audiui. Interfui etiam præ-

praelectionibus *Hollmanni* physicis, et *Beckmanni* mathematicis et introductioni ad scientiam politicae, denique in Logica *Federum*, et in antiquitatibus Romanis consultiss. Spangenberg habui duces. Linguae gallicae addiscendae tribui tantum temporis, quantum id reliqui labores permitterent, in qua etiam solida institutione gavisus sum. Triennio ibidem peracto, parentis optimi iussu euocatus, aliam hanc Musarum sedem adii, id quod non sine maximo meo commodo factum publice profiteor. Contigit enim mihi non solum interesse Celeberr. *Schlichtkrallii*, fautoris mei summopere deuenerandi et Promotoris legitime constituti, ad ius feudale et criminale praelectionibus, sed tantum eius fuit inferuendi commodis meis studium, ut mihi tam eum conueniendi facultatem gratiosissime indulgeret, quam desiderii meis satisfaceret, meque praxin forensem doceret, ex qua fideli institutione fructus in me redundasse vberimos, mente agnosco gratissima. Emerso sic studiorum studio, cum iam in eo esset ut Musis valedicerem, amplissimum Iectorum ordinem, ut praeuio examine legitimo, Licentiam summam in viroque iure honores capeffendi mihi concederet, ea qua par est obseruantia rogare non dubitavi.

Peracta hac ratione a Domino Candidato vita academica et finitis felici sane successu studiis academicis, nomen suum, meo sub Decanatu, Facultati nostrae dedit, petiens decenter, ut eum, praestitis praestandis, ad honores in iure summos admitteremus. Hisce petitis quin annuamus, nulla obstitit dubitandi causa. Admissus ad examina consueta, ea cum laude superauit. Recitauit dein suas, sic dictas, lectiones cursorias in *L. 23. C. de SS. Eccles.* cum applausu, suamque per eas docendi comprobauit facundiam. Exhibuit Nobis suam Disputationem inauguralem de *Praediis Tertialibus*, proprio Marte eleganter elaboratam, et nunc in eo est, ut eam instante die XIV. h. m. defendat publice. Praestitit tunc omnia, quae a Candidato



dato ex praescripto statutorum Facultatis nostrae praestanda sunt et dignum se reddidit, ut Ipsi in praemium eruditionis suae summos, quos in Iure habemus, honores conferamus. Hunc itaque actum solemnem, ut **MAGNIFICVS DOMINVS PRO-CANCELLARIVS, MAGNIFICVS DOMINVS ACADEMIAE RECTOR, GENEROSISSIMVS REGII DICASTERII DOMINVS DIRECTOR, VTRIVSQUE ILLVSTRIS COLLEGII PROCERES, AMPLISSIMVS VRBIS SENATVS, REVERENDI MINISTERII PATRES, HOSPITES OMNIVM ORDINVM HONORATISSIMI, GENEROSISSIMI AC NOBILISSIMI DOMINI COMMITONES** honorifica sua praesentia splendidiorem reddere velint, omni, qua par est, obseruantia et humanitate meo et Candidati mei nomine rogo atque efflagito.

**SVB SIGILLO FACVLTATIS
IVRIDICAE**

DIE XII. OCT. ANNO MDCCLXXVII.

VD
18

ULB Halle 3
005 372 003






Inches

Centimetres

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

1777, 2 13

GRAMMA
QVO
CHLICTKRVLL
REGII CONSIST. ASSESSOR VICAR. ET
RID. PRO - DECANVS
AD
SIMI ET DOCTISSIMI
CANDIDATI
RISTOPHORI
SLACHS



MARIENSIS
NEM INAVGVRALEM
DE
TERTIALIBVS
N IVRE HONORIBVS
CAPESSENDIS
XXVII. IN AVDITORIO MAJ.
DEFENDENDAM
OS STVDIORVM FAVTORES,
CIVES ACADEMICOS
TER INVITAT
SIMVLQVE
NE TERTIALISTARVM
AE CONTRAXERVNT
EBITA
S SERIT.

WISWALDIAE
ESE, REG. ACAD. TYPOGR.